



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio LV. Quid sibi vult Communio Sanctorum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

in particulari, sunt spei, & quoad nos incerta; quoad Deum, & in se, certa.

## DE SPIRITU SANCTO.

### DOMINICA XX.

### QVÆSTIO LIII.

*Quid credis de Spiritu Sancto?*

RESP. Primum, quod sit verus coequalis, & coæternus Deus cum æterno Patre & Filio<sup>a</sup>. Deinde, quod \* nobis quoque datus sit<sup>b</sup>, ut + nos \* mihi + me per veram fidem, Christi & omnium eius beneficiorum participes facti, \* nos concoleatur<sup>d</sup>, & + nobiscum + me + mecum in æternum maneat<sup>e</sup>.

<sup>a</sup>Ioh. 5.7. Act. 5.3.4. <sup>b</sup>Act. 2.17.18. ex Iocl. 2.28. Act. 2.39. <sup>c</sup>Rom. 8.9.1. Cor. 12.3. Eph. 3.16. <sup>d</sup>Ioh. 15.26. <sup>e</sup>Ioh. 14.16.17.

<sup>b</sup>Act. 10.18. Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super Omnem terram: & prophetabunt filii vestri, & filia vestra: & iuvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabit. <sup>c</sup>Rom. 8.19. <sup>d</sup>Eph. 3.16. <sup>e</sup>Ioh. 14.16.17.

RESP. b Fidem hæc inferunt, sed non specialem. Adeo multi sunt vocati; pauci vero electi. Sequentia similiter.

<sup>c</sup>Rom. 8.9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: Sitamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. <sup>d</sup>Cor. 12.3. Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. <sup>e</sup>Eph. 3.16. Dei vobis secundum diuitias gloria sue virtute corroborari per Spiritum eius in interiorum hominem.

RESP. Hæc in genere sunt fidei & certa:

### DOMINICA XAL.

### QVÆSTIO LIV.

*Quid credis de Sanctâ & Catholick Christi Ecclesiâ?*

RESP. Credo, filium Dei<sup>a</sup>, ab initio mundi<sup>b</sup> ad finem usque<sup>c</sup>, sibi ex uniuerso genere humano<sup>d</sup>, visibilem Coctum ad vitam æternam electum<sup>e</sup>, per Spiritum suum<sup>f</sup>, merita, & verbum<sup>g</sup>, in Sacramentis & vera fide viua contentientem<sup>h</sup>, colligere, sub uno in terris Capite Papa, tueri ac seruare<sup>i</sup>; meque viuum eius Coetus membrum esse debere ac posse<sup>k</sup>, & perpetuo mansurum<sup>l</sup> sperare.

<sup>a</sup>Eph. 4.11.12. <sup>b</sup>Luc. 11.49.50.51. Gen. 4.4.5. Gen. 4.26. Gen. 8.20. Gen. 12.81. Gen. 26.25. & 35.7. <sup>c</sup>Matth. 28.20. <sup>d</sup>Cor. 11.26. <sup>e</sup>Ps. 2.7.8. Apoc. 5.9. <sup>f</sup>Rom. 8.28.30. Ioh. 10.26.27.28.1. Petr. 2.9. <sup>g</sup>Rom. 15.17.18.19. <sup>h</sup>Eph. 4.4. <sup>i</sup>Eph. 4.13. <sup>j</sup>Mat. 16.18. <sup>k</sup>Ephes. 2.19.20.21.22. <sup>l</sup>Psal. 23.6.1. <sup>m</sup>Cor. 1.8.9.

RESP. Hæc autoritates sonant sapiuntq; ut similes supra.

### QVÆSTIO LV.

*Quid sibi vult Communio Sanctorum?*

RESP. Primum, quod vnuersi & singuli credentes, Christi<sup>a</sup> & omnium

Rr nium

nium eius bonorum <sup>b</sup>, ac Sanctorum  
in celo & in terra, tanquam ipsius membra <sup>c</sup>, communionem \* habere pos-  
sent ac debant. Deinde, quod singuli,  
qua acceperunt dona, in commune  
commodum & vniuersorum salu-  
tem prompte & alacriter conferre:  
debeant <sup>d</sup>.

<sup>a</sup> 1. Ioh. 1.3. <sup>b</sup> Rom. 8.32. <sup>c</sup> Ioh. 1.16. <sup>d</sup> Eph. 5..  
29.30. Col. 2.19. <sup>d</sup> Ephes. 4. 15. 16. <sup>e</sup> Petr.  
4.10.

## QUÆSTIO LVI.

*Quid credis de Remissione pecca-  
torum?*

<sup>t meorū</sup> R E S P. Deum propter satisfa-  
ctionem Christi <sup>a</sup>, <sup>t nos</sup> frorum peccatorum, atque illius etiam originis  
prauitatis, cum qua mihi per o-  
mipotentiam vitam pugnandum est <sup>b</sup>, <sup>\* ma-</sup>  
<sup>\* memo-</sup> culam omnē deposituisse <sup>c</sup>, & <sup>t</sup> nos iustitia  
<sup>riam</sup> Christi gratis donare <sup>d</sup>, ne un-  
<sup>t me</sup> quam in iudicium \* damnationis ve-  
<sup>\* venia</sup> niāmus; nisi relapsi & impenitentes se-  
guimus mereamur.

<sup>a</sup> Eph. 7. <sup>b</sup> Ps. 103.3. Rom. 7.24.25. Ro.  
8.1. Ierem. 31.34. <sup>c</sup> Rom. 3. 24. <sup>d</sup> Ioh. 5. 24.  
Rom. 8.33.

<sup>b</sup> Psal. 102.3. *Quis sanat omnes infirmitates*:  
*mea*. Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore*  
*mortis huic? Grata Dei per Iesum &c. Igitur ego*  
*ipsi mente seruo legi Dei; carne autem, legi pecca-*  
*ti. Rom. 8.1 Nihil ergo nunc damnationis est ijs,*  
*qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum car-*  
*nem ambulant.*

<sup>b</sup> R E S P. Morales sanat defectus; non  
autem naturales, in quibus est & Concu-  
piscentia; quæ mors est non actualiter, in-  
se, sed occasionaliter, inclinans ad peccan-  
dum. In qua iuste habent passiuæ & inno-

luntarie: Et sic vita est, non damnationis.  
<sup>c</sup> Ier. 31.34. Omnes cognoscunt me à minimo  
eorum usque ad maximum, ait Dominus: quia  
propitiabοr iniquitati eorum & peccati eorum  
non memorabor amplius.

<sup>c</sup> R E S P. Propitiatio delet peccatum; ac  
memoriam eius etiam obliuio: non tegit  
solum.

<sup>d</sup> Rom. 3.24. *Iustificati gratis per gratiam ih-*  
*psius, per redemtionem quæ est in Christo Iesu.*

<sup>d</sup> R E S P. Ut supra quæst. 21.

<sup>e</sup> Ioh. 5.24. *Qui verbum meum audit & cre-*  
*dit ei, opere & veritate, qui misit me, habet vi-*  
*tam aeternam, & in iudicium non venit, sed trans-*  
*it a morte in vitam.*

<sup>e</sup> R E S P. Venit tamen in iudicium discul-  
fionis.

Rom. 8.33. *Quis accusavit aduersus Eleitos*  
*Dei, Obdormientes in pace?*

## DOMINICA XXII.

## QUÆSTIO LVII.

*Quid te consolatur Resurreccio  
carnis?*

R E S P. Quod non tantum anima  
mea si in statu fuerit, postquam è corpo-  
re excederit, è vestigio <sup>a</sup> aut per Pur-  
gatorium ad Christum, suum Caput,  
assumetur <sup>b</sup>; verū quod hæc quoq;  
caro mea <sup>c</sup>, potentia Christi <sup>d</sup> exci-  
tata <sup>e</sup>, rursus animæ meæ vniertur <sup>f</sup>,  
& gloriose corpori Christi confor-  
mabitur <sup>g</sup>, si beatur; secus si damna-  
tur..

<sup>a</sup> Lu. 23.43. Apoc. 14.13. Lu. 16.22. <sup>b</sup> Eccl.  
12.7. Philip. 1.23. <sup>c</sup> Iob. 19.25.26.27.1. Cor.  
15.53. <sup>d</sup> Ioh. 5.28.29. <sup>e</sup> Ioh. 6.39.40. <sup>f</sup> Ezech.  
37.5.6. <sup>g</sup> Philip. 3.21.1. Cor. 15.42.43.

QVÆ-

